

*sio ábs Germano meo [Karl Fidel Müller] et uxore Ejus [Anna Maria Bütler] Ejus facta debitè sit impleta. Commendo Fraternalit[er]. Vra erga me semper Benevolentissimo executionem negotij huijus tam impensè desideratam, et tot jam laboribus quaesitam. Gratias quas potero maximas Amantissimo D[omi]no Confratri appromitto. De Ancillâ Mariâ, quam aliàs jam ad domesticationem meam appetij, cupio magnoperè scire, cujus ea mentis sit, et spero, haud difficulter assensuram, ut ad futurum Festum Purificationis [d.h. am 2. Februar 1725] aut (.si lubet ipsi.) citiùs ad me accedat. Assecuro ipsam in domo meâ et servitio optimè providendam fore. Exspecto certum responsum. Dum interim in solitos favores V[ostros] me recomm[en]d[an]s, meâque vicissim offerens perpetua servitia ... [etiam] permaneo ...*

*P.S. De D[omi]no Nostro Cognato, p.m. P. Ludovico [Zurlauben, dem Konventual der Abtei Wettingen und Onkel sowohl des Absenders wie auch des Empfängers] quomodo condoleam Vobis, quomodo doleam mihi ipsi [- P. Ludwig war am 5. Dezember 1724 verstorben -], nescio satis exprimere, ut pote qui non ita pridem Eum bis invisit, et gratissimo Aspectu et Amicissimo colloquio iucundè Fruebar. Grandi interim consolationi servit, quod eâ, quâ vixit constantiâ ac pietate mortem quóque ipsam obiverit, immò non tam obiverit quàm vixerit adaptus procul dubio Manna illud Abscondita gustare, quod Vincenti appromittitur in Apocalipsi, quodque jam pridem ipse è Latere [Jesu] Chri[sti] cum Bernardo [von Clairvaux] sugere didicit. Vivat ergo et aeternum Vivat, nobisque in hâc mortalis Vitae ariditate sitientibus vel guttam unicam de torrente illo Voluptatis aeternae in terram demittat, dum nos interim (ut spero) omnes et inter hos Ego praecipuè non cessabimus Quotidianas pro ipso vel ad ipsum preces et sacrificia sursum mittere."*

---

Original, Siegel zerbrochen

AH 140, 294-295 - Blatt 294<sup>v</sup> und 295<sup>v</sup> leer

## 110

1724 Dezember 19., [Abtei] Rheinau

A

SCHREIBEN VON [KONVENTUAL] AUGUSTIN ZURLAUBEN [AN ABBÉ BEAT JAKOB ANTON ZURLAUBEN]

---

*"Nasciturus in carne Deus, et in tempore annus, novos universo orbi imperant plausûs, et sicut communis omnibus fit Laetitia, ita et mihi particularis in super solatii Sensum imprimit occasio, quâcum me-*

am inter publica vota acclamationem Pl[u]r[imu]m. Rev.dae D[omi]n[at]i]o[n]ji V.ae palàm profiteor. Auspicat[issi]mum igitur anni tum praesentis exitum, tum futuri primordium cordintimè apprecor, Deo per vota calidissima Supplex, ut, quemadm[odum] illius gratiosa nati-  
 tivitas adeptam orbi reducit Felicitatem, ita et reductam Do[mi-]  
 n[at]i]o[n]ji V.rae eo caelestium semper benedictionum influxu augmen-  
 tet, qui pl[u]r[imu]m Rev.dam Do[mi]n[at]i]onem V.tram per longissimas  
 annorum myriades sine ullo sinistri syderis aspectu incolumem, ceu  
 singulare Familiae nostrae columnen et lumen, conservet. Quae vota,  
 licèt ex fraterno, uti omnia alia, pectore ...[?]<sup>1</sup>, singulare tamen,  
 ut fluant, pondus et impulsus accepère â beneficijs, quae nuperrimè  
 in me, dum Tugii agerem, ubertim et prodigè profudit. Unde ne verbis  
 plenus, opere omninò vacuus, in conspectu Charissimi D. Germani com-  
 paream, preces meas, licèt indignas, unà tribus pro felici votorum  
 successu sacrificijs in debitae gratitudinis anathema praesento.  
 Caeterùm unitatis Vinculum, quod nuper rara ira Fratres concordia  
 colligavit [- damals lagen die Geschwister<sup>2</sup> von P. Augustin Zurlau-  
 ben wegen der Hinterlassenschaft ihrer Mutter, der am 14. Dezember  
 1724 verstorbenen **Maria Barbara** Zurlauben, im Streit -]<sup>3</sup>, D[omi]n[at]i]o[n]ji V.trae suâ, quâ pollet, auctoritate, sollicitè servandum  
 commendo, illis in proximum annum accomodis [Apostoli] **Pauli** verbis:  
 Gratia Vobis, ac pax, â Domino Iesu Christo. [ad] Rom[anos] 1.[7.]  
 Qui me interim adamantino et nunquam delebili chirographo profiteor  
 ...

PS. Livium [- Anspielung auf den röm. Geschichtsschreiber Titus **Li-  
 vius?** -] exspecto in suas partes divisim digestum. Omnibus notis mea  
 servitia et novi anni applausum.

Aegritudine aliquali pressus P Geroldus [**Müller**] rogat, ut V.ra D[omi]n[at]i]o dignetur illius nomine moram in gratulando apud Jllius DD  
 parentes [- Wolfgang Damian **Müller** und **Maria Jakobea** Zurlauben, ei-  
 ner Tante des Absenders und des Adressaten -] excusare; mox ubi me-  
 lioratus fuerit, promittit suae obligationis memorem fore."

1)

2) Deren Namen s. bei Meier/Zurlaubiana "Stammtafel" 867 unter 9.3.

3) s. Zurlaubiana AH 140/16 sowie spez. AH 123/46